





Disputatio XIII.

De Regno Christi.

Quam

**PRO ASSERENDA
PVRITATE ARTICVLI VIII,
CHRISTIANÆ CONCOR-
DIAE.**

Eodem CHRISTO duce & auspice.

PRAESIDE,

Reverendo & Clarissimo Viro,

**Dn. LEONHARTO HVT-
TERO, S. S. THEOLOGIAE DOCT.
& Professore in celebri Academia VVite-
bergensi Publ. in Collegio disputationum
Theologicarum privato proponit
& exhibet.**

**CHRISTOPHORUS FRICCIUS-
Burchtorpiensis, Saxo.**

Ad diem 28. Ianuar. Tempore & loco notis.

Ioh. 18. v. 36.

Ἡ βασιλεία ἡ ἐμὴ οὐκ ἐστὶν ἐκ τῆς κόσμου τούτου.

VVITTEBERGÆ

Ex Officina Cratoniana, Anno 1604.





Viro

*Antiquâ nobilitate Strenuo, Magnificâ virtute
amplissimo,*

Dn. **LAMBERTO HENRICO**
à Dagesfurde Hæreditario in Wadelingen &c.
Domino & patrono suo omni observantiæ
cultu honorando;

&

Reverendo, pietate ac doctrina præcellenti viro,

Dn. **CASPARO FRICCIO, PASTO.**
ri Burchtorpiensi & vicinarum Ecclesiarum
Spec. Superintendententi vigilantissimo pa-
renti suo æternùm colendo.

Theses hæc suas

*In observantiæ & gratitudinis σύμβολο, γὰρ felix
novi anni auspiciū*

Offert

CHRISTOPH. FRICCIUS.





THESIS I.



Rebitam Christiana Concordia secuti, haud ita pridem arduum illum, qui de Christi Servatoris persona agit, fidei articulum disputando perlustrare coepimus: Vbi quidem cum qua de duabus naturis, tum qua de illarum mutua ad se invicem concordia, secundum praescriptum dictae Concordiae monenda videbantur, vidimus; at vero quoniam inter alia Christus quoque, tanquam Rex ille iustus & Salvator, de quo Zach. 9. v. 9. filia Zion exultare iubetur, nobis commendatur: ordo iam efflagitat, ut de Regno quoque ipsius Θεσιν instituamus, praesertim cum de eo & ante haec tempora a variis variè actum fuerit, & adhuc non leviter controversetur.

I.

Qua tamen in re nostri non est instituti ad vivum reserare singula, quae hoc in articulo de Rege sive Messia ipso in controversiam vocari poterant: sed duntaxat ipsum Regnum, illiusque administrationis modum paulo diligentius contemplantur.

III.

Quod ut μεθόδως καὶ εὐτάκτως fieri possit, tribus distinctis capitibus praesentis disquisitionis διέξοδος includemus: quorum 1. ipsum controversiae statum expediet: 2. Θεσιν sive orthodoxam Ecclesiarum nostrarum doctrinam immotis oraculorum divinorum fundamentis fulciet: 3. ἀντιθεσιν sive falsas & erroneas de hoc religionis capite sententias aperiet.

CAPVT I.

Status Controversiae.

I.

In initio quidem extra omnem controversiae aleam positum est, Christum Dan. 2. v. Servatorem, hisce in terris aliquod habere regnum, quandoquidem illud scriptura sacra, non uno, sed pluribus in locis disertè profitetur.

44.
Esaia. 9. v.

2. Caterum 7.

Status con-
troverfiæ.
duplex.

II.

Ceterum quando non solum de hoc ipso Regno, verùm etiam de admi-
nistratiõis modo non una eademq; omnium est sententia: promptum hinc
est colligere, non unum etiam; sed geminum Controversiæ statum emergere:
quorum prior circa ipsum Regnum describendum: posterior verò circa eius-
dem administratiõem atq; administratiõis modum explicandum versetur.

III.

Vbi ad utrumq; statum rectè definiendum, observandum venit, re-
gnum Christi pro gemina status, ad quem refertur, consideratione, gemi-
nam admittere distinctionem.

IV.

Primum enim consideratur vel quatenus illud hisce in terris ad finem
usque seculi durabit: vel quatenus post consummationem seculi in omnem æ-
ternitatem firmum stabit & immotum. Deinde in uno eodemq; illo Christi
regno, quod in terris hisce administratur, duplex iterum respectus obtinet,
dum in gratiæ regnum, & regnum potentiæ distinguitur.

V.

I.
De ipso Re-
gno.

Quibus ita constitutis primo loco queritur: An Christi regnum, quo,
cumq; veniat, sive alterius sive huius seculi & quidem quoad gratiæ poten-
tiamve, nomine, externum aliquem mundanæ administratiõis admittat re-
spectum: vel (ut aliquantò ad κενώμενον accedamus propius) siquidem Prophe-
tarum vaticinia, phrasibus ex natura sive conditione terrenorũ regnorũ petitis
hac in parte utuntur, hoc in quæstionẽ venit: Num, Christi quod ille hoc
cum primis in mundo administrat, regnum, sit corporale, mun-
danum terrenumq;: an verò spirituale?

VI.

II.
De Regni
admini-
stratiõne.

Deinde quod dicti regni administratiõem attinet, non principaliter
controvertitur hoc loco de illo regno quod post resurrectionem mortuorũ in
omnẽ eternitatem durabit, & usitatè regnum gloriæ dicitur: sed de eo, quod
hisce in terris ad finem usque seculi durabit, duntaxat queritur, & quidem
an illud CHRISTUS præsens administret, secundum utram-
que naturam an verò secundum alteram tantùm: divinam ni-
mirum?

7. Vbi

VII.

Vbi responsio expedita est, Regnum Christi hisce in terris non corporale, non mundanum aut terrenum esse: sed spirituale: & à Rege suo Christo. non absente: sed secundum utramque naturam præsentè administrari.

CAPVT II.
AFFIRMATIVA.

MEMBRUM I.

De ipso Regno.

I.

Quæ sit sive puriorem Ecclesiarum nostrarum doctrinam circa priorem controversiæ statum quod attinet, firmatur illa & numero plurimis, & pondere gravissimis fundamentis: quæ nos generali huic Syllogismo includimus.

II.

Qualis est 1. Regis persona, 2. officium, 3. thronus, 4. administrationis media, 5. effectus inde resultantes: tale etiam est Regnum.

At qui hæc omnia in Christo non mundanum vel terrenum quid, sed spirituale sapiunt.

Ergo & ipsum Regnum spirituale sit, necessum est.

Syllogismus
generalis.

III.

Maior propositio sua luce lucet; quoniam namq; Regis, & quæ ad hunc spectare diximus, vocabula, illarum appellationum, quæ Regis tamen seu correlata nominantur, naturam atque proprietatem redolent, & quibus mutua intercedit affectio: satis liquet eiusdem nature regnum esse ipsum, cuius ipsam Regis personam, & quæ huc pertinent, esse probabitur.

IV.

Minoris membra quinq; seorsim assumemus & videbimus.

Assumptio-
nis mem-
bra. 5.

A 3

5. Primum

V.

Primum est de ipsa Regis persona: quæ præterquam quod verus est homo, simul verus DEVS est, æterno DEO patri ὁμοῦσιος καὶ συναιδι.

I.
à Rege ipso

Quod ipsum vel ex luculentis Prophetarum vaticiniis, quæ futuri Messie divinitatem liquidò satis asserunt, abundè patet. Ex quibus instar omnium nobis esto, tum quod Esaias Propheta in illustri Messie descriptione cap. 9. vers. 6. disertè illum nominat Deum fortem, & patrem æternitatis: tum quod DEVS ipse in solenni de Messia promissione Regi Davidi facta, palàm testatur, se ipsi fore in patrem, & illum sibi fore in filium, 2. Samuel. 7. vers. 14.

VI.

Quod posterius ne quis de adoptiva, non verò essentiali filiatione intellectum esse vel intelligi debere somniet, audiamus testem omni exceptione maiorem regium Prophetam Davidem qui Psalmo 45. v. 7. & 8. Messiam hunc in modum alloquitur: Sedes tua è Deus, in seculum seculi: Virga directionis virga regni tui. Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem: propterea unxit te DEVS, DEVS tuus oleo letitiæ præ consortibus tuis.

VII.

Quæ verba διαρρήδην, adoptivo filiationis modo excluso, Messiam Deum verum naturalemque constituentur, & talem quidem ad quem Iehova ipse Psal. 2. vers. 7. & 8. dicit: Filius meus es tu, ego hodie genui te: Et de quo affirmatur eodem Psalmo, v. ultimo, quòd beati futuri sint omnes confidentes in eo.

VIII.

Deinde verò idem ex doctrina de communicatione Idiomatum astruitur. In assumpta enim Messie humanitate καὶ σικεῖ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς coloss. 2. v. 9. Et Deus Pater secundum humanitatem illum sedere fecit ad dexteram suam in celestibus supra omnem principatum ac potestatem, virtutem & dominationem, & omne nomen quòd nominatur non solum in hoc: sed & in futuro seculo Eph. 1. v. 20. 21. & 22. Quæ omnia de Christo secundum assumptam humanitatem predicari nunquam possent, nisi verus etiam Deus esset, præsertim cum πᾶν πλήρωμα θεότητος & divinitas termini sint convertibiles.

II. Mino-

IX.

I. Minoris membrum ex consideratione officii CHRISTI oritur. II. A Regis officio,
 Hoc verò tale nobis describitur, quod omnem terreni & externi alicuius regni conditionem prorsus respiciat. Vaticinantur enim de CHRISTO Prophetae, quod futurus ille sit Propheta, in cuius ore Pater caelestis verbum sit positurus Deuteronom. 18. ver. 18: qui concionandi munere sit functurus Esaiæ 61. ver. 1. & 6: qui futurus sit Sacerdos in aeternum Psalm. 110. ver. 4: qui non in modum Regum huius seculi splendido quopiam apparatu: sed pauper adventaturus super asinam Zachar. 9, vers. 9: qui denique passurus pro nobis, & tandem moriturus.

X.

Quò pertinet propria illa Messiae coram Pilato stantis confessio, ubi Regem se quidem esse confitetur: sed non tale habere Regnum, quod hoc de mundo sit, hoc est, mundanum & terrenum perspicue attestatur Iohan. 18. vers. 36.

XI.

Tertia pars minoris de throno sive solio Regis nostri agit. Iam verò non externus aliquis thronus & solium terrenum Messiae assignatur: sed spirituale & caeleste, secundum illud Psalm. 110. vers. 1. Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis: quae ipsa idcirco dextera appellatur δεξιά τῆς μεγαλωσύνης, hoc est, dextera Maiestatis Hebra. 1. vers. 3. & δεξιά τοῦ θρόνου τῆς μεγαλωσύνης cap. 8. v. 1.

XII.

Et cum alij aliorum Regum throni sint caduci & corruptibiles, nostri Regis thronus in aeternum non dissipabitur Daniel. 2. vers. 44. & cap. 7. vers. 14.

XIII.

Vbi aeternitatis vocem non finitum aliquod, (ut Iudei ogganniunt) & certo annorum seculorumve periodo terminatum tempus: sed ipsam absolutam & nunquam finiendam aeternitatem notare, vel ipsa differentia quasi specifica, qua Messiae Regnum apud Prophetam Danielem, loco jam allegato, à reliquis huius mundi regnis perspicue discernitur, meridiano Sole clarius ostendit.

XIIII.

Quarto loco media occurrunt, quae instar armorum sunt, quibus hoc IV. A Solii armis.
 Regnum

A 4

Regnum suum CHRISTVS administrat. Ea autem non sunt alia prater
verbi ministerium & Sacramentorum dispensationem. Hinc Apostolus Ephes.
6. vers. 11. & sequentib. & 2. Corinth. 10. vers. 4. & 5. Arma militie nostre,
inquit, non carnalia sunt, sed potentia DEO ad destructionem munitio-
num, consilia destruentes, & omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam
DEI, & in captivitatem redigentes omnem intellectum, in obsequium CHR I-
STI.

XV.

Quod etiam pertinet, quod sceptrum Regi nostro in signum regie Ma-
jestatis traditum ita nobis describitur, ut non nisi spirituale esse intelligatur.

XVI.

Scriptum enim est Psalm 110. vers. 2. Virgã (seu sceptrum) Virtutis tuae mit-
tet Dominus ex Sion &c. & quale hoc sit sceptrum ex Sion prodiens non tan-
tùm Prophetas Esaias cap. 2. v. 3: sed etiam Micheas cap. 4. v. 2 clarissimè ex-
plicat, scribentes: De Zion exibit Lex, & Verbum Domini de Ieru-
salem.

XVII.

V. Ab ar-
morum
effectibus.
Gē. 12. v. 3.
Hos. 13. 14
Dan. 9. 23

V. restat fructus sive beneficia, quae ex dicto Regno ad Christi sub-
ditos & cives redundant, eaque nihil carnale vel terrenum sapiunt, sed spiri-
tualia sunt & caelestia. Sunt illa benedictio omnium gentium, expiatio peccato-
rum, ex potestate inferni & mortis redemptio, sempiterna iustitia & vita
aeterna comparatio.

XVIII.

Quae omnia cum ita sint, conclusioni etiam sua, stat & stabit tùm
contra fanaticorum furores, tùm contra ipsas inferorum portas,
immota atque invicta veritas.

MEMBRUM II.

De Regni administratione.

I.

His ad hunc modum firmiter & immotè constitutis, haud aded difficilis
ad posteriorem controversiam decidendam fuerit via. Quandoquidem enim
Regnum

Regnum hoc non mundanum & terrenum, sed, uti demonstratum jam fuit, Spirituale est, utique meridiano sole clarius vel hinc apparet, modo etiam non mundano & terreno illud administrari.

II.

Et hoc pensi habens Concordia nostra satis dilucidè hanc probat sententiam, quod Christus & quidem totus, adeoque secundum utramque naturam, divinam videlicet & humanam, regnum hoc suum administret, non absens, verum præsens, in Ecclesia, Sacramentis, imò extra Ecclesiam quoque in medio inimicorum suorum.

III.

Affirmati huius probationem dicta Concordia ex unione personali desumens, hunc in modum disserit: propter unionem hypostaticam, & ex ea consequentem communicationem (quam divina & humana natura in persona Christi reverà & re ipsa inter se habent) solus hic homo IESVS Christus (nullus autem alius homo vel in cœlis vel in terris) rectè & verè dicere potest: Ubi sunt duo aut tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum, Item, Ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi.

IV.

Et hæc Scripturæ testimonia non ità accipimus, quod tantum de præsentia divinitatis Christi in ipsius Ecclesia loquantur: quasi ea præsentia ad CHRISTUM, quâ homo ipse est, prorsus non pertineat.

V.

Sed credimus superioribus Scripturæ testimoniis Majestatem hominis Christi declarari, quam Christus secundum suam humanitatem ad dextram maiestatis & virtutis DEI evehctus, accepit, ut videlicet etiam secundum illam suam assumptam naturam, & cum ea præsens esse possit, & quidem præsens sit ubique terrarum: cum primis verò Ecclesiæ suæ in terris ut mediator, caput, Rex & summus Sacerdos præsentissimè adsit.

VI.

Non autem dimidiatus tantum Christus, aut una duntaxat ipse pars Ecclesiæ præstò est: sed tota Christi persona. Ad eam autem pertinet ambæ naturæ, divina & humana: quare eum præsentè habemus, non tantum secundum divinam, verum etiã secundum huma-

Qui statuit
Christi se-
cundum solam
divinitatem
Ecclesiæ ad
esse, absente
interim hu-
manitate,

is) definiēte
concordia) nam ipsius naturam : iuxta quam ipse frater noster est. & nos caro
distrahit) sumus de carne eius , & os de ossibus eius, *Hactenus Concor-*
naturas, di- *dia.*

vidit per-
sonā , tollit
unionem.

VII.

Porro pro presenti huius administrationis tam intra, quam extra Ec-
clesiam, modo evincendo, argumentum ex sessione ad dextram DEI, firmissi-
mum desumi posse, luculentissime asserit Concordia, dum sequens Megalandri
Lutheri nostri testimonium disertè approbat : iam postquam non commu-
ni ratione ut alius quispiam sanctus in cœlos ascendit, sed ut A-
postolus testatur, super omnes cœlos ascendit, reverà omnia implet
& **UBIQUE** non tantum ut Deus, verumetiam ut homo
PRAESENS DOMINATUR ET REGNAT à
mari ad mare, & usque ad terminos terræ, quemadmodum Pro-
phetæ de ipso sunt vaticinati, & Apostoli testantur, quod **CHRISTUS**
ipsis ubique cooperatus sit, & sermonem ipsorum sequentibus signis
confirmaverit.

VIII.

Epito.
Concord.

Et Epitome libri Concordiæ in eandem sententiam sic loquitur; Ita-
que iam non tantum ut Deus, verumetiam ut homo, omnia novit,
omnia potest, **OMNIBUS CREATURIS PRAESENS** est,
& omnia, quæ in cœlis, in terris, & sub terra sunt, sub pedibus suis
& in manu sua habet.

IX.

Et hoc est, quod Regius Propheta David innuit, quando de Regno
CHRISTI sequentem in modum disserit: Psalm. 8. ver. 7. & 8. *gloriâ & honore
coronasti eum & constituisti eum super opera manuum tuarum. Omnia sub-
iecisti sub pedibus eius, oves & boves universas: insuper & pecora campi, volu-
cres cœli & pisces maris &c. Et Psalm. 72. ver. 8. Dominabitur (filius Regis
Davidis) à mari usque ad mare: & à flumine usque ad terminos orbis terra-
rum. Psal. 110. v. 2. Dominatur in medio inimicorum suorum.*

X.

Quò etiam referenda sunt alia Scripturarum testimonia ex Epist. ad
Ephes. cap. 1. vers. 20. & cap. 4. ver. 10. Matthe. 18. vers. 20. & cap. 28. vers.
ultimo.

CAPVT

cet quibusdam ad alienum sensum male detortis Scripturarum testimo-
nijs.

VI.

Anabapt. Repudiamus item Anabaptistarum, ex eadem quod oritur imagina-
tione delirium, quo partim mundanum aliquod Christi regnum hisce in terris
futurum tradunt: partim verò gratia regnum, hoc est, Ecclesiam Christi ex so-
lis pijs electisque colligendum esse fabulantur.

VII.

Prioris opinionis falsitas ex capite precedente secundo satis superque claret:
posterioris ex ipsius Servatoris refutatione Matth. 13. per integrum caput, &
Luc. 8. v. 4. & seqq. descripta luculentissime apparet.

VIII.


Calvin Tandem circa administrationis modum improbamus Calvinistarum
errorem, quo Christo secundum humanam naturam regnum tam intra quam
extra Ecclesiam derogant.


IX.

CHRISTVS IESVS aternus & omnipotens ille Rex Regum & Do-
minus Dominantium nos in Regno suo gratia sanctificet, sanctificatos, in po-
tentia Regno ab omnibus Diaboli insultibus clementer defendat, defensos, post
hanc vitam ad coelestem ac infinitam Regni gloriae felicitatem deducat, ubi i-
psam cum omnibus electis adoremus, laudemus, glorificemus, in
universas seculorum omnium aeternitates.

SIT LAUS ET GLORIA CHRISTO.







De R
PRO A
PVRITAT
CHRIS

Eodem C H
P


Rever
Dn. L E O
TERO, S. S.
& Professore in
bergenfi Pub
Theolog

CHRISTO

Ad diem 28

Η βασιλεία η

Ex Officina



Kodak
LICENSED PRODUCT
Black

© The Tiffen Company, 2000

KODAK Color Control Patches

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

15

